



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 29. Athanasius Neapolitanus excommunicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

quippe eodem tempore in gratiam rediit. Paulo ante data Epistola Anspertum durius reprehenderat Papa, quod duos Monachos in carcerem conjecisset. At decima quinta Februarii anno octingentesimo octogesimo primo Ordinationem Josephi, quem Anspertus Episcopum Astensem consecraverat, confirmavit, etsi antea ejusdem Josephi Ordinationem ad Ecclesiam Vercellensem, ab Ansperto factam, nullam pronunciaisset. Simul Papa Anselmo Archidiacono Mediolanensi præcipit, ut ad Communionem Ansperti, a quo secesserat, redeat, alterique Dynastæ, nomine Attoni, ut Bona Ecclesiæ Mediolanensi subtracta, restituat, & utrique, nisi obtemperet, excommunicationem comminatur. Ansperto anno sequente octingentesimo octogesimo secundo fatis functo Anselmus successit.

Sæculum IX.
A. C. 881.

ep. 256.

ep. 260.

ep. 261.

ep. 262.

§. XXIX.

Athanasius Neapolitanus excommunicatur.

At Papa Athanasium Episcopum Neapolitanum in Concilio ad S. Petrum Romæ, mense Aprili, anno 881. habito, fulmine Ecclesiastico perculit. Sententia erat hujusmodi: *Cum Athanasium Episcopum Neapolitanum, sæpe monuerimus, ut fœdera cum Saracenis inita rejiceret,*

ep. 265.
to. 9. Conc.
p. 336.
Epist. 270.

Hist. Eccles. Tom. XII. A a a ceret,

Sæculum IX.
A. C. 881. ceret, atque in hanc spem ei non modicum
 cam pecuniæ vim miserimus; cum ipse
 quidem fidem dederit, se illa pacta rescis-
 surum & ab impia societate recessurum,
 consentiens, ut a Sacerdotio depositus a-
 natbemate percuteretur, si fœdere cum
 Infidelibus iterum admissio pollueretur;
 cum præterea datam fidem fregerit, nos
 sæpe eluserit, & cum Saracenis spolia a
 Christianis detracta partitus fuerit, cum
 omni Communione Ecclesiastica privavi-
 mus, & tanquam Christiani nominis bo-
 stem infensissimum anathematizavimus,
 usque dum a Saracenorum turpissima com-
 munionem penitus absteineat. Hanc sen-
 tentiam Papa etiam ad Episcopos vicinos
 Cajetanum, Capuanum, Verolanum, A-
 malfiensem, Beneventanum & Salerni-
 tanum misit.

ep. 294.

Athanasius paulo plus anno uno ex-
 communicatus tandem misso e suis Dia-
 cono Papam rogari iussit, ut se absolve-
 ret, invisa cum Saracenis fœdera ruptu-
 rum. Illico Papa Neapolim mittit Ma-
 rinum Episcopum, Sacræ Sedis thesauro
 Præfectum, aliumque virum spectabilem,
 nomine Siconem, cum Epistola, in qua
 Athanasium ab excommunicatione &
 suspensione absolvebat, ea conditione, in-
 quiebat, ut præsentibus nostris Legatis
 captos, quotquot poteris, Saracenorum
 præcipuos, quorum nomina tibi significa-
 mus,

mus, aliis jugulatis, (*) ad nos trans-
mittas. Hæc conditio a Papa in abso-
lutione Episcopi adjecta ab antiqua Ec-
clesiæ mansuetudine abhorret.

§. XXX.

Concilium ad Sanctam Macram.

Eodem tempore, quo Romæ in Conci-
lio Athanasius condemnabatur, Epis-
copi quarundam provinciarum in Fran-
cia Synodum celebrabant in loco, qui
Finibus † dicebatur, Diœcesis Remensis
in Ecclesia S. Macræ Martyris, quam Ec-
clesia sexta Januarii colit. Huic Con-
cilio initium datum secunda die Aprilis
anno octingentesimo octogesimo primo,
Indictione decima quarta, Hincmaro Ar-
chiepiscopo Præside, cujus Stilus in octo
Articulis, ad nos usque delatis, facile di-
gnoscitur. Hos potius prolixas exhor-
tationes quam Canones dixeris. In pri-
mo de diversitate utriusque Potestatis,
Sacerdotalis & Regiæ, agitur, atque ce-
lebratissimus locus S. Gelasii Papæ affer-
tur. Longus textus citatur ex S. Gre-
gorio negligentiam Episcoporum vitu-
peran-

to. .9 Conc.
p. 337.
Mart Rom.
6. Jan.

† Fimes.

c. 4.

A a a 2 peran-

(*) Joannis Papæ verba sunt: *Si Majores Saracenorum, quanto melius potes, quos nominatim quærimus, cum aliis omnibus ceperis, & jugulatis aliis, eos nobis direxeris, a vinculo excommunicationis absolvimus. &c.*